



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Die 6. Augusti. In Festo Transfigurationis Domini: Hic est filius meus
dilectus, &c. Nullus est Christianus qui non credat Christum esse filium
Dei: & vix est ullus Christianus, qui hoc verè credat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

qualitas astringit. Tū pergit copiosius id declarare; ex quibus aperte patet quād partim aut nihil aliud proicit ardor sive luceas & unquamque accommodat & opportunè docetas, zelum Dei fortè habcas, sed non secundum scientiam: qui zelus indiscretus & inordinatus dicitur, quo quidem nihil pernicioseius & ipsis zelatoribus evenire posse affirmat sanctus Bernardus, ut supra jam dictum est: Facillime, inquit, zelo tuo spiritus illud erroris, si scientiam negligas. Nec habet callidus hosti machinamentum deficaciam ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficerem posset ut in cunctis, & non cum ratione ambuletur. Et alibi, ad hæc sponsæ verba, Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinavit in me charitatem. Omnia non necessaria: Importabilis siquidem absque scientia est zelus, ubi ergo est vehementissimum ibi maximè discretio est necessaria quia est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus ab/que scientia, MINVS EFFICAX. MINVS QUE UTILIS INVENTITVR; PLERVMQUE AVTEM ET PERNICIOSVS VALDE SENTITVR.

Quid clarius ad rem nostram? Aut si quid ultra desideres, vide in 2. parte, Feria 2. Quinquagesima, ubi hoc explicatur veritas;

Scientia sine zelo, arma sine milite; zelus sine scientia, miles sine armis.

III. PUNCTU M.

NEC igitur lucere tantum, nec ardore tantum; sed utrumque simul, ad exemplum Sc. Dominici, qui studebat quidem ut luceret, sed in libro charitatis studebat, ut arderet simul ac luce-

ret, si que mirabiles illos fructus retulit, cum ad propriam suam perfectionem, tum ad proximorum salutem, qui enarrantur fusi in ejus vita, & quibus hi priuantur qui tantum lucent aut tantum ardent; quia tantum lucere vanum est, & tantum ardere, periculosum: non sole linguae

A. 2.

ne solus ignis in Discipulos congregatos descendit, sed linguae ignes ut docendo lucent

simil & arderent, Sic lucent lux vestra coram hominibus,

dicebat Dominus, non ut vos tantum audiant, sed ut videant opera vestra bona & gloriantur Parentem vestrum qui in celo est. Quod utrumque præclarus apud Prophetam exprimitur;

Lex veritatis fuit in ereteis, & iniquitas non est inventa in labiis ipsorum in pace & in equitate ambulavit tecum, ET MVLTO S AVER-

TIT AB INQUISITATE. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent

ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.

Vide quid horum in te desit. Fortè minus audes dicendo, & minus audes arguere delinquentes, quapropter audi rursus sanctum Bernardum: Ferme etiam in nobis zelus iste, Carissimi, ferme et amor justitie, odium iniquitatis. Nemo vitia palpet, peccata & dissimulat nemo, nemo dicat, nunquid custos fratru mei sum ego? Nemo quod in se est, equanimiter ferat cum viderit ordinem depetrere, minui disciplinam. Est enim consentire, silere cum arguere possit: scimus quia similes panafacientes maneat, & consentientes.

Videri etiam debent in 1. parte, quæ habentur in communi Doctorum, Confessorum non Pontificum, & Fundatorum Religiosi ordinis. Et in 2. parte, Fer. 6. Hebdom. 2. post Pascha.

Malach. 2.

Serm. 2.

S. Ioan.

IN FESTO TRANSFIGURATIONIS DOMINI.

*Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui:
ipsum audite.*

Matth. 17.

VERITAS PRACTICA.

Nullus est Christianus qui non credat Christum esse filium Dei, & vix ullus est Christianus qui hoc vere credat.

RATIO quædam postremam veritatis partem hoc

est, quod qui non credit Christo in omnibus, non credit Christum esse filium Dei.

Sed hic ullus est etiam Christianus qui credat Christo in omnibus.

Ego vix ullus est qui credat Christum esse filium Dei; quod certe est stupendum, & non silentium.

C. 3

I. PUN.

I. PUNCTUM.

ASSUMP SIT IESVS Petrum & Ia-
cobum & Ioannem fratrem ejus, & duxit
illos in montem excelsum Ieouum, &
transfiguratus est ante eis. Videri pos-
sunt apud Evangelistas quæ plura de hoc Myste-
rio referuntur. Et in 2. parte, Dominica 2. Qua-
dragesimæ Nec non in 4. parte, Feria 5. Hebdo-
mada 15. Nunc vero, ad illam Dei Patris vocem,
quæ tum de nube auditæ est: *Hic est filius meus*
dilectus, in quo mihi bene complacui. Valde admira-
nda & fructuosa proponitur veritas, si quod
in illa est præcipuum, attenue perpendatur.

Nam quod primo dicitur: *Quoniam credidit uni-
versum & in omnibus Christo Domino, non credit
Christum esse filium Dei,* sic quidem præmitti debet,
sed nullam habet difficultatem. Liceat enim
ali qui possint uni resistere veritati cognitæ &
non aliis simul propositis, tamen ordinare lo-
quendo, si quis non credit Christo loquenti, vix
alia potest esse causa, quam quod non credit esse
vera quæ dicit Christus: *Si enim vera esse crede-
ret quæ Christus dicit, tum certè Christo crede-
ret, cum alio credere nihil aliud sit quam id es-
se verum quod dicit credere: unde à contrario
non alicui credere nihil aliud est, quam non cre-
dere verum esse quod dicit: Quod semper loqui-
muri, aiebat ipse Dominus, & quod utramque te-
stimonium nostrum non accipitis. Si
terrena dixi vobis & non credistis: quomodo si dixer-
eo vobis ecclesia, credetis? Quasi diceret, nihil vo-
bis dico quod non sciatis, etle verum: vos vero si
verum illud esse non creditis, neque mihi crede-
tis. Nunc autem quod qui non credit universum
& in omnibus vera esse quæ Christus dixit, non
credat Christum esse filium Dei, tam apertum est
& manifestum quam aperiæ patet filium Dei ni-
hil nisi verum dicere, aut si quis verum non dicat
non posse esse filium Dei, nam qui loquendo ve-
rum non dicit mendax est, mendacem autem esse
filium Dei, quis nisi blasphemus dicat? Quis ve-
ritatem posse esse mendacem, nisi velamus & o-
mni profus sensu destitutus austi cogitare? Sic
itaque profus indubitate est hæc propositio,
quod, qui Christo loquenti non credit in omni-
bus, non credit Christum loquentem esse
filium Dei. Loquor vobis & non credi-
stu! O filii! & iar di corde ad cre-
dendum in omnium!*

Ioan. 3.

Ioan. 10.
Luc. 24.

SED vix ullus est Christianus qui Christo cre-
dat in omnibus.

Hæc est accuratius declaranda & atten-
tius expendenda propositio. Cum autem multa
sint in Evangelio quæ Christus dixit & quibus
aperte non creditur, utrum inde Symbolum quod-
dam facile potest confici, quod distinctos duo-
decim complectatur articulos.

Primus est, Beati pauperes. Beati qui nunc esu-
riti, Beati qui nunc fleti, Beati cum vos oderint
homines propter filium homini. Va vobis divitibus
qui habent consolationem vestram. Va vobis qui
saturati estis, Va vobis qui ridetis nunc. Va cum be-
neinxerint vobis homines. Nonne hæc & his simili-
ta quæ plura leguntur in Evangelio, dicitur sunt
à Christo Domino? At quis hæc esse vera credat?
Quis nollet esse pauper si crederet pauperes esse
beatos, cum nullus sit qui non esse beatus velit?
Quis vellet esse dives si divites crederet miseros
cum nullus esse velit miser? Et tamen vix ullus
est qui non velit esse dives & qui non timeat esse
pauper; nec alia certe de causa quam quod credit
beatos esse divites & miseros esse pauperes.
Nonne hoc est manifeste Christo non credere?

Secundus articulus, Nemo potest dubius Domi-
ni servire: aut enim unum odio habebit, & alterum
diliget: aut unum sustinebit & alterum con-
temnet. Non potest Dei servire & Mammonæ. Id
est, divitii seu cupiditatibus habendarum divitiae-
rum. Hic est Dominus cui simul & Deo servire,
negat nos posse Christus. At vero Christianus
vix ullus est in seculo qui non serviat illi cupiditi-
tati, quo etiam sensu hic intelligitur ut supra o-
stenatum est: & tamen non propter ea tibi crederet se
non posse simul servire Deo, nam id nollet pro-
fiteri; non credit igitur Christo

Tertius articulus, intrate per angustiam portam
quia lata porta. & spatiosa via est que ducit ad
perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.
Quam angusta porta & arcta via est que ducit ad
vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam! In quibus
Christi Domini verbis, illud maxime quia
quod usurpat est observandum. Sic enim reddes
rationem cur sit intrandum per angustam por-
tam quia lata & spatiosa via est quæ ducit ad
perditionem, manifeste docet duas tantum esse
vias per quarum alterutram nos oporteat necessari-
ario incedere. Vix autem hoc creditur a sculari
Christiano; nam vix ullus est qui se in arce pu-
ter esse via, neque tamen fatebitur se in lata esse,
& se

& se propterea peritum quod in arcta non sit via, unde tertiam quandam viam singat necesse est, nec proinde Christo credat duas tantum vias afferenti.

Quartus articulus. *Tollite jugum meum super vos, & discite a me quia misericordia vestrae: & invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve. At quis hoc credit? Quis nolit requiem animae suae? Cur non igitur Christi jugo se subdit, unde est illa quies? Videsne quam pauci sint qui revera iugum illud ferant? Cur potro nisi quia credunt illud esse durius & difficultius? At quid est hoc credere nisi Christo non credere?*

Quintus, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Nihil magis vereatur qui se exaltat, quam ut humilietur; & profecto si crederet se vere humiliandum, non se exaltaret: & tamen vix est ullus Christianus in mundo qui se quantum possit non exalte, nec illo modo propterea timeat se humiliandum! Undenam ranta illi presumptio, nisi quia non credit Christum?*

Sextus. *Nisi conversi fueritis, & efficiamini scut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Vix est ullus eorum etiam qui hac Christi verba s̄p̄e audierint, qui vel intelligent vel current intelligere; tantum abest ut conetur se his conformare. An vero propterea si non sicut parvuli, quo sensu Christus intelligit, se credent non intraverso in regnum cœlorum? Non credent scilicet quia desperarent. Et tamen Christus dicit: Christo non credunt.*

Lxx. 16. *Septimus. Quod hominibus altum est, abominationem est ante Deum. Vide quid sit altum hominibus: vide quam illud appetat pene omnis Christianus: vide quantis exultet gaudis si quod appetit, obtinet. Itane vero propterea se suumque illud gaudium crederet eam esse quam Christus dicit abominationem ante Deum? Non credit. Et tamen illud est quod hominibus altum est; & quod hominibus altum est, Christus aperie dicit esse abominationem ante Deum. Sed Christo dicens non creditur.*

Matth. 8. *Octavus. Quandiu non fecisti isti uni de minoribus huic, nec mihi fecisti. Et ibant hi in supplicium aeternum. Quamcunque suavem & facilem his Christi Domini verbis, si modò vera sit, afferas interpretationem, contia tamen videbis vix illum esse qui dum uni negat pauperi cui dandum esset, se Christo negare credat, aut se propterea supplicium illud aeternum subiurum quod minatur Christus. At si Christo crederet, quomodo*

id negare auderet, aut si negare audet, quomodo dicipotest Christo Domino credere?

AG. 20.

Nonus. *Beatus est magis datus quam accipiens. Non leguntur quidem in Evangelio, hæc Christi verba, sed nulli dubium esse potest, quin sunt ejus verba cum sic Apostolus expresse dicit, *Opposites super infirmos, ac meminisse Verbi Domini!* E.S.V., quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare quam accipere. Nonne credis Apostolo? Nonne credis hoc esse Christi verbum? Credisne vero verbum hoc? Credisne beatus tibi esse si tua des quam si accipias tibi data? Itane das tam liberator tu accipis? Aha te miserum & infidem qui credis Christum dixisse beatus esse magis dare quam accipere quia sic refert Apostolus; & hoc ipsum non credis esse quod Christus dixit!*

Decimus. *Qui me erubuerit & meos sermones, Lxx. 19.*

bunc filium hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & Patris, & sanctorum Angelorum. Non est tantummodo Christum erubescere, quando de fide agitur apud infideles, sed quando etiam de cavendo peccato res est: sive omitendo sive committendo aliquid propter solos homines, ne ab eis videlicet iridearis. Quod aliquo loquendi modo Christus dixit scandalizari Matth. 13.

proper Verbum: Id est confundi, non audere id facere quod alioquin faceres nisi timeres aliquid probrum. Jam vero quam multi sunt de Christianis qui hoc timent, qui sic scandalizantur, & qui sic erubescunt Christum? Timentes vero illi quod Christus dixit fore ut ipsos erubesceret & confunderet? Plane non timent, quia timore isto graviori, leviori expellerent alium; & maluerent confundi ab hominibus quam a Christo. Quid est autem quod hanc horrendam non timant confusionem a Christo denuntiatam, nisi quia Christo non credunt?

Undecimus. *Stulte, hac nocte animam tuam Lxx. 12.*

reperiunt a te, que auem pareatis, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives, Quis Christianorum saecularium credit hunc esse nullum qui sibi sic thesaurizat? Quis potius non cum sapientem prædicet qui nulli facti injuria, hiscauros opum accumulet? Quis sibi propter ea credat ut mendacem ne qua nocte non putat drepente moriatur? At nonne illud est tamen quod Christus dicit & expressis verbis dicit? Est illud sane, sed Christi verbis quantumcumque dilertis & expressis non creditur.

Duodecimus. *Quid hoc audio de te? Redderationem vilificationem tua. Constat est omnium*

Pattum

Patum sensus atque interpretatio, quod ex his verbis, & ex tota quam affect Christus Parabola de Villico dissipante bona Domini sui, voluerit nobis declarare, quod sumus omnes velut eius villici, qui quecumque bona possidemus, sive que dicuntur fortunæ, sive quæ corporis & animali naturalia vel supernatura, sic à Deo cuncta receperimus, ut sit illi omnium reddenda ratio. Si quid eorum bonorum aliter aut alio fine fuerit usurpatum, quām ipse ordinarat, tunc dici dissipatum bonum, & dissipatori dies dicta, qua in iudicium advocetur: quando vel nulla viderentur alia mala perpetrata, solumque hoc dissipatoris bonorum Domini crimen objiceretur, satis grave timendumque est crimen, inquit Dominus, ut unusquisque meritò in se revertatur & dicat, *Quid faciam?*

Quishoc verò Christianus tam verè dicit, quam verè vider se pene omnia dissipasse bona Domini Dei sui? Quis propterea vel tantillum moveret ut rebus suis propiciat sicut iste villicus de quo laus est in Evangelio? Filii, scilicet, huius facili prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Sed quate prudentiores sunt nisi quia credunt saeculo suggestorialem prudentiam, alij vero non credunt luci & veritati? Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quām lucem. Erant enim sororum mala opera.

Ioan. 3.

III. PUNCTUM.

VIX ullus est igitur Christianus qui Christum credit esse filium Dei. Quia vix ullus est qui Christo credit in omnibus, & certum ex fide est, quod qui Christo non credit in omnibus, non credit Christum esse Deifilium, quin non aliud potest loqui quām verum; unde & ipse, vel de uno ait articulo, *Quoniam credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei;* & Quasi diceret, quantumvis alia crederet, si vel unum quod dicit Christus non credit, non alia credit ex illa fide quam debet unigenito Dei filio, qui mentiri non potest; nec ipsum proinde Christum esse Dei filium, talis dicendus est credere. At verò qui dici non potest credere Christum esse Deifilium dicine poterit Christianus? Audi sanctum Cypriani contra qualvis excusationes aut interpretationes quas possis fingere: *Vnde hac incredula cogitatio? Vnde impia & sacrilega ista meditatio? Quid facit in domo fidi, perfidum peccatum? Quid,*

Serm. de
Eleemos.

qui Christo omnino non credit, appellatur & dicitur Christianus? Pharizai tibi magis congruit nomen, nam cùm Dominus in Evangelio de eleemosynis disputatione; Et quæfusius pergit.

QUIA verò licet etiam crederes, non sufficeret ad Christiani nomen adimplendum nisi fidem operibus comprobares: videri propterea hic posset attentionis quām longè sis ab his operibus quæ Christus præcepit aut consuluit, & propter quæ ob servanda non minùs à Patre dictum est, ipsū audire, quām ut credatur.

Sicut porro Symbolum fidei ex numeratis articulis contextum est, ita & quidem Decalogus consciens potest ex decem Christi præceptis sive consilii quæ in primo sermone, quem habuit præcipue commendavit, & quæ ab ipsis Christianis tam parvæ astimantur quām super expensi articuli. Breuius tamen referatur, quia plena Matth. sunt omnia, vel facile possunt explanari.

Primum contra iram, *Ego dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reuerterit iudicio. Esto consentiens adversario tuo citè, dum es in via cum eo;* Vide antecedentia & consequentia: vide & quām paucis hæc curse sint.

Secundum contra laciām, *Ego dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam maledicatur est eam in corde suo;* quod si oculus tuus dexter scandalizat te, eritis cum & projice abs te. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide à te, & projice eam. Addit que libet: Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. De quibus suprà fuis. Sed his præceptis vel consilii quis obedi? Quis acquiescit? Satis portò deinceps fuerit, solum Christi præceptum producere, cùm illicè manifestè appareat, quām sint pauci vel penè nulli qui præceptum servent.

Tertium itaque est contra pœnitus & jumenta: *Ego dico vobis, non jurare omnino.*

Quartum contra vindictam, *Ego dico vobis non resistere malo; sed si qui te percussit in dextram maxillam tuam, probo illi & alteram. Et si qui vult tecum iudicio contendere, & tunica tuam tollere, dimittit ei & pallium;* & quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo. Qui patit à te, da ei: & volenti mutuari à te, ne avertas.

Quintum contra inimicitias & odia: *Ego dico vobis: Iustigate inimicos vestros, benefacite hi qui oderunt vos;* & orate pro persequentiibus & calumniantibus vos.

Sextum contra vanitatem: *Attendite ne justi- b. 6: suam*

siam vestram faciat coram hominibus, ut videamini a vobis. Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in celis est.

Septimum contra avaritiam: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi arugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & surantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque arugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec surantur.

Octavum contra nimiam sollicititudinem: Ne sollicitis in anima vestra quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plusquam esca, & corpus plusquam vestimentum? Respicite volatilia caeli. Et post multa: Nolite ergo solliciti esse dicentes, quid manuabimini? Aut quid bibemini? Aut quo operietur? Hac enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater noster quia his omnibus indigetis. Quarite ergo primum regnum Dei, & justitiam eius, & hanc omnia adiutorient vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum.

Nonum contra temeraria judicia: Nolite iudicare & non judicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite & dimittimini.

Decimum contra tenacitatem & acediam: Date & dabitur vobis mensura bonam, & confortam, & coagitatam, & superfluum dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura quam misericordia remittetur vobis.

Petit & dabitur vobis: quarite & invenietis: pulsate & apriretur vobis. Omnis arbor qua non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Non omnium qui dicit mibi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem Patri mei qui in celo est, ipse intrabit in regnum celorum.

Quod refertur possunt multa his affinia variis dicta temporibus a Christo Domino, & diversis scriptis locis ab Evangelistis. Negotiamini dum venio. Quare non dedisis pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usu utique exegissim illam? ATTENDITE vobis ne forte graventur corda vestra in crapula & obrietate, & curu bujus vita; & superveniat in vos repentina dies illarum tanquam laqueus enim superveniet in omnem qui sedent super faciem omnium terra. Vigilate itaque omni tempore, orantes ut digni habeamini.

fugere ista omnia que futura sunt, &flare a sensu lium hominum.

Quæ Christi Domini dicta eo potissimum sine reteruntur & recolenda modo sunt, ut confirmetur veritas proposita de paucis Christianis, qui verè credant Christum esse Dei filium quem nos audire jubet. Et an forcè ex illis sis, diligenter inquiras. Sicut enim cum audire nihil aliud est quam credere & facere quæ proponit: sic plausu nisi credas & facias, quomodo dices te illum audire ut Filium Dei, ut Magistrum & Dominum tuum? Itane discipulus contradicat magistro? Itane servus contemnat Dominum?

Ponam verba tua in ore ejus, ait apostolus: loquarisque omnia que præcepero illi. Qui autem dous. 18. verba ejus quæ loquuntur in nomine meo, audire noaueris, ego ultor existiam.

Expede singula quæ tibi applices, & ad maiorem fidem & fidelitatem verbis Christi habendam accendaris, illud habeto familiare quod ait Psalmus: Eloquia Domini, eloquia cœsta, argenteum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum. Id est, iam omnibus examinata sunt modis. Non est quod de his dubites. Non est quod illa rursum revoces ad examen: vide tandem & facta est opus: sed ita omnino est opus, ut cui Christiano fides & facta desint, tam vele Christianus esse desinat, quam qui Christum negaret Dei filium. Eum qui emet eos, Dominum 2. Pet. 2. negant.

Vide in 4. parte, Feria 2. Hebdom. 15. Ubi hæc profertur Veritas:

Nisi diligenter advertas, ore facta
Confessio, factis à te
negatur.

